



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Consecratio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

Conse-  
cratio ca-  
licis.

## CONSECRATIO.

## CASVS I.

*Cuidam Abbatii per bullam Pontificiam conceſſum, ut poſſit monasterij ſai, ſive ſuorum cali-ces &c. conſecrare vel benedicere.*

*Quæritur, An poſſit accedente ſaltè Ordina-riorum licentia ſimiliter extēnrorum calices &c. conſecrare vel benedicere?*

**R** Eſpondeo, Verius videri non poſſe. Quia ſicut Ordinarius non poſteſt Abbatii dare tale priuilegium (ut communiter Doctores farentur) : ita neque datum à Pontifice, & reſtrictum ad certam materiam, nempe ad calices ſui monaſterij, extendere ad calices ſuę diocesis. Eiusdē enim rationis eſt concedere aliquam facultatem, & limitatè confeſſam exten-derē ad aliam materiam. Conſirmatur, quia hęc duo priuilegia multū diſferunt. Poſſe conſecrare calices ſui monaſterij, &, Poſſe conſecrare quoſuis permittentibus Ordinarij. Accedit quòd in priuilegijs quo exorbitant à iure communī ſtrictione interpretatio ſit facienda: ut docet Panor. in Cap. *Quod dilectio*, de confanguinit. Et affinit. Quā ſententiam dicit eſſe certam & communem. Addo tamen, ſi talis Abbas ex vi talis confeſſionis, vel quia vtitor in ſignib⁹ Pontificib⁹, habetur co-ſuetudinem confeſſandi calices quoſuis qui ad iſum deferuntur, poſſe eam conſuetudinem re-tinere, modò ſit legitiſe præſcripta; nempe per 40. annorum ſpatium cum titulo, vel à tempore immemoriali ſine titulo.

## CASVS II.

*Vtrum Episcopus vel Archiepiscopus ex cauſa poſſit committere confeſſationem Virginum Abbati vel alteri non Episcopo?*

Videtur poſſe quia res illa non eſt tanti momenti; & ſaep̄ grauiores eius oc-cupationes poſſunt impideſſe.

Cōſe-  
cra-  
tio Vir-  
ginum.

**R** Eſpondeo tamen breuiter, non poſſe. Col-ligunt ex Cap. *Aqua*, de Conſecrat. Eccl. & altarium: vbi Gregorius IX. ſtatuit Episcopum non poſſe committere ſimpli ſacerdoti reconciliationem Eccleſia polluta, etiam aqua per Episcopū ſit benedicta: & contraria conſuetudinē dicit eſſe corruſtam. Ratio-nem ſubdit: *Quia licet Episcopus committere valeat qua iurisdictionis exiſtunt; quia Ordinis tamē Episcopalis ſunt, non poſteſt inferioris gradus Clericis demandare.* Vnde infert Glōſſa, *non poſſe etiam illum demandare confeſſationem Virginum, quia pertinet ad Ordinem Epis-copalem.* Idem doceunt communiter Caponiftæ in illud Cap. & in Cap. *De votis*, 20. q. 1. & omnes Theologi qui hanc materiam attingunt. D. Thomas in 4. d. 38. q. 1. a. 9. in Corpore ait: *Propter hoc ſolus Episcopus, cui cura Eccleſia committitur, Virgines deponſat, velando, non fibi, ſed Christo, ranguinem paranyphus & amicus.* Richardus in 4. d. 25. a. 1. q. 1. D. Antonius 3. p. t. 2. c. 2. in principio Paludanus in 4. diſt. 38. & ex illo Silvester V. Conſecratio Virg. nu. 3. vbi ait: *Velare Virgines nullus poſteſt iuſti Episcopus;* quia ipſe eſt quaſi paranyphus deponſans Virgines Christo. Imo hoc Episcopus demandare non poſteſt non Episcopo; quia hoc eſt ordinationis & confe-

rationis Episcopalis, ſicut confeſſare Eccleſias, & non iurisdictionis. Idem tenent ceteri Doctores in ſuę Summis: Fumus V. Virginum Conſecratio, n. 1. Roſella eodem V. nu. 1. Angelus V. Conſecratio Virg. n. 1. Deniq; paſſim idem docet recentiores: S. V. Conſecratio n. 4 & 5. Neē vllum legere me memini auctorem, qui diceret hor ab Episcopo poſſe committi Presbytero vel Abbatii: quia annexum eſt Ordini Episcopali, & fundatū in ipsa confeſſatione, per quam factus eſt Episcopus, non in Iurisdictione, ſicut confeſſatio Eccleſiarum, altariū, calicū, & ſimiliū, ut conflat ex dicto Cap. *Aqua*. De Conſecrat. Eccl. & altar.

Fatentur tamen Doctores poſſe hęc à Summo Pontifice committi ſacerdoti: tum quia non ſunt essentialiter annexa Ordini Episcopali; tum quia ſunt ex institutione Eccleſia. Nec obſtar Cap. *Si iubet, & sequens, 26. q. 6. ex* Concilio Carthaginensi II. & III. vbi aperte di-citur Presbyterum ex commissione Episcopi poſſe puellas confeſſare; quia id corrēctū eſt per Capit. *Aqua*. Vnde Glōſſa ibidem dicit illud *fuisse totale vel temporale: hodie enim ſolis Episcopis competere.* Idem clarē colligitur ex Pontificali Romano, vbi ha-betur formula illius confeſſationis, ſoliq; Epis-copo tribuitur.

## CASVS III.

Velum  
Virginis  
tatis &  
confeſſa-  
tionis.

*Vtrum Puella occuli corrupta, facta profeſſione, & accepto veſto virginitatis, poſſit manere cum ceteris. Item an talis puella poſſit acci-pere velum confeſſationis?*

**R** Eſpondeo, Poſſe, & omnino debere: quia verē eſt professa, cuius profeſſionis vi-nō pendet à veſto & formā qua velum datur. Imo potuit hoc velum accipere, quia non eſt velum confeſſationis, quod datur ſolum anno 25. aetatis, idque ab Episcopo cum magna cæremonia; ſed eſt velum profeſſionis. Nullus autem eſt Canon qui requirat ad hęc integratam corporis. Accedit quòd hęc ſit virgo in foro externo.

Verū probable eſt poſſe etiam velum confeſſationis accipere. Hoc tamen limitarem, ſi non poſteſt commode detrectare abſciſſione corruptionis. Sed hęc cōſecratio eſt modò raro in vſu.

## CASVS IV.

Venditio  
rei confeſſa-  
tione.

*An veſtes benedictæ lapides & ligna mona-ſterij poſſint vendi in vſus prophanoſ?*

**R** Eſpondeo, Ut veſtes benedictæ vendantur in vſus prophanoſ, non auſim concedere; quia eſt contra reuerentiam rebus ſacris debitam. De lapidibus & lignis, quia benedictio perire, non videtur tanta difficultas. Conceditur paſſim ut impenitentia in adificationem vel reparationem monaſterij. Non eſt tutum in huiusmodi a-com-muni Doctorum ſententia recedere.

Si tamen alicubi veſtes ſacræ venderentur in vſus prophanoſ, deberent ante diſſu, & proſuſu diſſolu, alioquin res non eſſet tolerabilis.

Societas hęc nullum ha-bet priuilegium pre-cep-teris monaſterijs.

Facile ex veſtibus ſacris attritis poſteſt aliiquid aliud fieri quod Eccleſię ſeruat: ut ex duabus Al-bis veteribus & laceris poſteſt fieri una bona &c.

CONTRA-